



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

Domin. infra S. Natiu. Erant Ioseph & Maria mirantes. Luc. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

138 MEDITATIONES IN
DOMINICA INTRA OCTA-
VAM NATIVITATIS.

Erant Ioseph & Maria mirantes. Luc. 2.

1. **E**RANT Ioseph & Maria mater Iesu mirantes super his qua dicebatur de illo. Considera miraros fuisse parētes tam miracula & facta circa puerum, cum in pueronihil viderent singulare, quod non omnibus infantibus commune esset; ad te docendum quod etsi corporeis oculis nihil videas eorum quæ credis esse tamen fidem adhibendam Ecclesiæ, hoc est, tot S Patribus testificantibus, quid sit credendum. 2. considera, mores Christi infantis, & ad eos tuos quoque compone, quia infans factus, non fuisset nisi aliquid in eius infantia imitacione dignum foret. Et dictum Christi est.

Matth. 23. Nisi efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum caelorum. Et B. Petri. *1. Pet. 2.* Quasi modogeniti infantes lac concupiscite.

2. Simeon dixit ad Mariam. Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur, & tuam animam transibit gladius. Considera, Simeonem hic inter summa gaudia varicinari de afflictionibus futuris tum Christo, tum matri, ut intelligamus in hoc mundo non esse
pura-

ES IN
OCTA.
IS.

tes, Luc.
ter Iesu
e illo. Con
m mira di
puerom
n omnibu
e docendi
videas co
m adhibe
ibus testi
e. confide
eos tuos
ctus, non
a imitati
Christi est.
trabitur
si modoge
positus est
cultorum,
nam ani
Simeo
cinari do
tū ma
non esse
pura:

DOMIN. TOTIVS ANNI 139

pura gaudia, sed multas tribulationes ex
pectandas, si velim. esse veri discipuli Chri
sti, 2. hoc nuncio & excitatam fuisse B Vir
ginem ad multa cum filio suo perferenda
& participem gloriae illius facta. quae erat
pati & mori ex obedientia Patris. Tam no
biles enim sunt afflictiones pro Christo to
leratae, ut Christus, sicut eam maximè dile
xit, ita etiam voluerit eam praë omnibus
hominibus affligi, ac gladium crucis trās
ire animam eius. Vnde & martyr martyri
à sanctis vocatur.

*Puer autem crescebat, & confortabatur,
& plenus sapientia. & gratia Dei erat cum illo.*
Considera, in puero Iesu quatuor hic lau
dari primò, quod plenus esset sapientia re
rum omnium diuinarum & humanarum,
& ideo Doctore non egebat. 2. quod ple
nus esset gratia apud Deum & homines,
quippe ab omni macula peccati immunis,
& omnibus virtutibus donisq; cœlestibus
ornatus 3. quod quotidie cresceret ut cor
pore ita variis sapientiae effectibus prodē
dis. 4. quod maiores semper vires spirituales
accipere videretur. Ut discas & tu quotidie
in his virtutibus progressum facere, quia
in virtute non progredi est regredi, & de
ficere.

MEDL